

eorum errorem alicere student, et secum in perditionem multis variisque subdolis sollicitationibus seducere satagunt; quod si, peccatis nostris exigentibus efficere poterunt, profecto novissimus error peior priore. Nam dum inter nos bella gerimus et cruenta committimus certamina, infideles populos magis ac magis contra nos procul dubio animamus, eisque cervices nostras feriendas sponte exhibemus. Ob præteritas etenim dissensiones et bella intestina Christianorum amisimus amplissima regna, latissimasque provincias, Misiam, Thraciam, Macædoniam, Aepirum totamque Græciam, ac caeteras innumeratas urbes, quibus nunc imperat Ottomanus.

Restant solæ maritimæ civitates Dalmatiæ provinciæ nostræ quas impii hostes vastant, trahunt, rapiunt, ita ut vix muris urbium exire incolis liceat, foris vastata sunt omnia, apparetque ingens ubique solitudo. Vereor modo ne ex recidivis bellis futuris dissensionibusque illæ eadem miserrimæ urbes a rapacissimis hostibus occupentur: et tunc reliquum erit, ut brevissimo tempore (quod Deus avertat) traiciant in Italiam, eritque finis civilium bellorum inter Chistianos. Tum unusquisque principum ad propria se recipiet, et suas recolliget vires, quæ illis forte minime tunc proderunt, tanquam debilitatæ, imo pene exastæ ob præteritas dissensiones. Hic mælis futurisque incommodis ac ruinis Republicæ Christianæ cupiens occurrere, Julius secundus Pontifex maximus percuisset fœdus, initique amicitiam cum Maximiliano Romanorum Imperatore electo, nec non cum Catholica Majestate, ut junctis simul viribus sint potentiores fortioresque adversus rapacissimum lupum, communem omnium hostem et inimicum, quo domito et fortissimis nodis religato, pacatis rebus in Italia eum unanimo consensu omnium Christianorum principum, accingent se ad sanctissimam expeditionem contra Turcas, ad quam idem Summus Pontifex, nedum in hoc suo fœlici faustoque pontificatu, sed adhuc 239 in minoribus constitutus, toto mentis affectu summopere semper continuoque hanelavit. Ad hanc prolocutam pacem, vos quoque amplissimos patres tamquam filios paterno amore invitat charitativisque monitionibus per viscera misericordiae Dei nostri hortatur, ut ejusdem foederis sanctitæque amicitiae ac prolocutæ pacis velitis esse participes, ne, si secus feceritis, parent ipse uester necessitate constrictus cogatur deserere vos filios, immo in vos armis spiritualibus et temporalibus acriter insurgere, sicut et Brutus insurrexit in mortem filii, et Saul in Jonatham primogenitum ob neglecta præcepta.

Dicit forte quispiam vestrum præcepta haec nimis dura sunt, et conditiones pacis quæ nobis offeruntur admodum graves.

Huie ego respondeo: durum graveque Romanis videbatur dimittere Siciliam fertilissimam insulam uberrimum horreum populi Romani, quam tamen in conditionibus pacis adversariis dimittere sunt coacti. Durum insuper est illud evangelicum: « *si quis voluerit tecum in iudicio contendere et petierit a te tunicam, dimitte ei pallium.* » Dura quoque lex multotiens promulgatur; sed ex causa necessaria tolleratur et fertur. Verum, quia haec quæstio altiores radices habet secretioraque ac magis minuta consilia expostulat, ideo illam et quædam alia quæ in mandatis habeo in diem sequentem vel alias, pro vestra commoditate differo. Dixa.

A dì 28. La matina vene in Colegio il Stafileo ^{240¹} episcopo di Sibinico con l'altro episcopo de Ixernia oratori pontificj, è li do oratori pontificj, et li do oratori sguizari, et volseno l'audientia secreta, qual fo mandati fuora chi non era dil Consejo di X, et *licet* do Cai di X fosseno andati a Lio a trar il palio, l'altro vi era, et esso Stafileo parloe, la qual relation seriverò poi sarà referita in Pregadi. Fo dito el voleva lassar a la Signoria Vieenza e il Friul, e dar il passo di poter andar in Lombardia a le nostre terre, zoè Lignago e Peschiera, e conzar con l'Imperador questo, con darli più summa di danari con tempo. Il Principe li usò certe parole come dirò, et cussì si partino di Colegio tutti 4. Et io li vidi di mala voia, et molto suspeso *maxime* il Stafileo orator dil Pontefice.

Vene poi l'orator yspano, conte di Chariati, persuadendo la Signoria voglii atender a far quiete in Italia, e non che una altra volta barbari vi entrano, con altre parole, dicendo è bon aldir il Stafileo et far uno accordo il Papa, l'Imperador e il suo Catholico re, con questa Signoria etc. Il Principe li usò al solito bone parole, dicendo per cui non mancherà mai la pace, pur che abbiamo le nostre terre etc.

Da poi disnar, *licet* fusse gran piozza, fo Pregadi per far riferir sier Cristofal Moro e sier Leonardo Emo, el qual sier Leonardo cargava molto su le piazze sier Polo Capello el cavalier proveditor di campo, dicendo el farà recuperar 37 milia ducati. Et fo lete queste letere:

Dil Caroldo, da Milan, di 22. Come ho scrito di sopra, e di preparamenti si feva per l'entrada dil

(1) La carta 239¹ è bianca.